



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita Et Virtutibus R. P. Bernardi Colnagi E Societate Jesv Libri Dvo

Paullin, Johannes

[Monachii], 1662

Cap. V. Theologiæ simul & religiosæ vitæ perfectioni studet, primamque
Deo hostiam offert.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44152

denique paucis multa dicam, Tiro noster, five morum gravitatem spectes, five accuratam in leges observantiam, five rerum divinarum vitæque religiosæ consuetudinem exigas, talem se præstitit, ut nemo non pro vectæ virtutis ascetam in eo se spectare lætus agnosceret.

CAPUT V.

Theologiæ simul & religiosæ vitæ perfectioni studet, primamque Deo hostiam offert.

§. I.

E Tirocinio ad Theologiæ scholas velut ex umbra in arenam productus, subito palam fecit, quanta ingenij acies, quamque dives adultæ jam virtutis in eo copia lateret. Nam etsi omnes in eo curriculum syndromos velocitate mentis & acumine antereit, sapiusque disputando solennem plausum, palamque referret; eam tamen semper fuit animi modestia, & in majores paresque reverentiâ, ut Doctorum placita, suis anteferreret, vel ab illorum sensu ne latum unguem discederet. Arguebat equidem

Theologia dat operam

*Maiores paresque ob-
servat & cogit.*

inge-

ingeniosè, premebat fortiter in consuetis
 seu domi seu foris scientiarum ingeniorum,
 que conflictibus; sed condiebat acrimoniam
 tanta dulcedine, ea honoris significatione,
 sui que depressione, ut quem ferire poterat
 argumenti subtilitas; demissio argumen-
 tantis leniter demulceret. Magistros sacræ
 doctrinæ, quos habuit, multos, officiosè co-
 luit, neque passus est, ut de ijs alij minùs
 reverenter aut sentirent animo, aut ore lo-
 querentur. Porrò, quantumvis ferueret do-
 cta concertatio, ipse tamen neque clamori-
 bus aures obtundebat, neque asperiore ver-
 bulo quemquam notabat: semper placidus,
 sibi que non absimilis; qui plus alijs, sibi ni-
 hil tribuere consuèsser.

*Semper mo-
 destus et
 placidus.*

§. II.

Eà verò sedulitate ad divina hæc studia
 altius rimanda incubuit, ut, tametsi pro in-
 genij subtilitate recondita quæque sine la-
 bore penetrabat, solidas tamen octo, decem-
 ve horas per diem studendo insumpserit.

Adhæc summopere sibi cavendum du-
 xit, ne diurnâ studiorum contentione cæ-
 lestium rerum gustus obtunderetur, ardorque
 Spiritûs inepesceret; sed paribus incre-
 mentis Divinarum notitia rerum amorque

*Virtutis et
 que ac lip-
 terarum
 studiosus.*

B

in

Ad sacrificium primum sedulo se parat.

in dies augetur. Hunc in modum eminenti Theologiæ studio, cum jam sacris ini-tiandus & primam Deo litaturus hostiam tanto muneri se accingeret, hinc omnibus lætitijs incedens; illinc, ne tam excellæ dignitati impar se inferret peranxius, adeo frena laxavit pietati, sui que afflicti studio exarsit, ut ex sacro multorum dierum recessu ad aram prodiret non jam hominis, sed genio beato propior, & cælestes toto vultu spirare flammæ adspectantibus videretur.

CAPUT VI.

Philosophicas Theologicâsque traditâs disciplinas, maximâ virtutis & doctrinæ famâ.

§. I.

Philosophiam decem annis explicat.

Sub id tempus visum est Moderatoribus Bernardum ad explicandas publicè Philosophicas disciplinas provèhere, placuitque Collegium Messanense, veluti primum Siciliae, vel primo proximum tam excellentis ingenij, ac compertæ virtutis Doctore præ ceteris cohonestare. Id loci ergo